ORDINIS MEDICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA IENENSI

H. T.

DECANVS

D. CHRIST. GODOFRED. GRVNER

SEREN. DVC. SAXO-VINARIENS. ET ISENACENS. CONS. AVL. BOT. ET. THEORET. PROF. PVBL. ORD. VAR. ACADEM. ET SOCIET. SODALIS

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

VIRI

PRAENOBILISSIMI ATQVE EXPERIENTISSIMI

FREDERICI HOFFMANN

ALTENBVRGENSIS

A. D. XVIIII. AVGVST. CIↃIↃCCLXXX.

INDICIT

CONTINVATVR

ANONYMI FRAGMENTVM DE VENAESECTIONE

IENAE

LITTERIS FICKELSCHERRII.



Ἐπὶ οὖν a) τῶν προφάτων b) φλεγμαινόντων μορίων c) ἐκ τῶν ἀντικειμένων δεῖ ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν, ἐπὶ δὲ τῶν χρονιωτέρων, ἐκ τῶν πλησίων. πολλαχοῦ μὲν γὰρ τοῦ σώματος φλεβοτομοῦμεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ d) ἀγκῶνος ἔνδοθεν, ἀλλὰ προσεκτέον, ὅτι τῇ μὲν ἔνδον e) καὶ μασχαλιαίᾳ f) φλεβὶ καθόλου μὲν ἡ ἀρτηρία πρόκειται g), τῇ δὲ μέσῃ νεῦρον. ἡ δ᾽ ἄνω, ἡ καὶ ὠμιαία h) προσαγορευομένη, παντελῶς ἔμφοβος i). καὶ ἐπὶ μὲν τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν παθημάτων k) τὴν ὠμιαίαν τέμνομεν, ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ l) τοῦ

In recens inflammatis membris ex oppoſitis locis ſanguinem mittere oportet, in diuturnis inflammationibus, ex vicinis. In multis quidem corporis locis ſecamus venas, plerumque tamen in interiori cubiti flexura. Sed attendendum eſt, quoniam interiori et alari venae vndique arteria ſubiacet, mediae vero neruus; ſuperior vero, quae et humeralis appellatur, prorſus fugienda eſt. Etenim in capitis affectionibus humeralem inſecamus, at in morbis colli

a) PAVLL. μέν οὖν. b) PAVLL. προσφάτων.
c) Cod. Moſq. leg. tantum ἐκ τῶν πλησίον. Sed haec ſenſum non habent. Ergo ex PAVLLO repoſui, quae deerant. d) PAVLL. add. δὲ τοῦ.
e) PAVLL. ἔσω. f) PAVLL. add. καλουμένη.
g) PAVLL. ὑπόκειται. Recte et conuenienter anatomiae.
h) PAVLL. ἡ δὲ ἄνω καὶ ὠμιαία. i) PAVLL. ἄφοβος.
k) PAVLL. νοσημάτων. l) PAVLL. κάτω.



τραχήλου, τὴν μασχαλιαῖαν *m*). ἐπαμφοτερίζει δὲ ἡ μέση· δεῖ οὖν τενεδίῳ *n*) στενῷ διαδῆσαί τινι *o*) περὶ τοὺς μύους τοῦ βραχίονος μέρους *p*), καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλας τῶν χειρῶν τρίψει πληρωθεῖσαν τὴν φλέβα τὴν ἐπιτηδείαν τῇ χρείᾳ διελεῖν ἐπικαρσίως *q*) καθ' ὅλον αὐτῆς τὸ πλάτος μόνον. καὶ γὰρ αἱ μείζους τούτου δυσαπούλωτοι *r*) τῶν διαιρέσεων *s*), καὶ αἱ στεναὶ λίαν φλεγμονώδεις *t*) πρὸς τὸ *u*) τὴν τοῦ παχυτέρου χυμοῦ κωλύσειν διέξοδον. ἐφ' ὧν δὲ *v*) κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν καὶ *w*) τρίτην, ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ τὴν τετάρτην, ἐπαφελεῖν ἐλπίζομεν *x*), λοξοτέρως *y*) δεῖ τὴν φλέβα διαιρεῖν, ἵνα μὴ ἐν τῇ κάμψει τῆς χειρὸς σεσηρεῖα *z*) ταχέως ἀπουλωθῇ. οὕτω δὲ ἔδοξεν Ἀντύλλῳ καὶ Κρατύλλῳ τοῖς σοφοῖς *b*). τὸ

alarem; vtrique media conuenit. Oportet igitur faſcia anguſta circumligare muſculoſam brachii partem, et frictione manuum mutua repletam venam, quae apta videbitur, tranſuerſim diſcindere ſecundum totam ipſius latitudinem. Etenim maiores inciſiones aegre cicatricem ducunt, et perangustae magnam inferunt inflammationem, quoniam craſſioris humoris tranſitum prohibent. In quibus vero vel poſt ſecundum et tertium diem, interdum poſt quartum, ſanguinem detrahere volumus, in his obliquius vena aperienda eſt, ne in manus flexione hians, breui ad cicatricem perueniat. Sic viſum eſt ANTYLLO et CRATYLO, viris ſapientibus.

m) Sic. ſcripſ. pro vitioſo, μασχαριαῖαν. *n*) PAVLL. ταινιδίῳ.
o) PAVLL. τι.
p) Cod. περι τους μύους τοῦ βραχ. μέρος. PAVLL. περὶ τοὺς μύας κ. λ. Equidem legerem περὶ τὸ μυῶδες τοῦ βραχ. μέρος.
q) Cod. Moſq. ἐπὶ καρδίας καθόλου, ſine ſenſu. PAVLL. ἐπικαρσίως, καθ' ὅλον. Recte.
r) Repoſ. δυσαπούλετοι pro δυσαφ. etſi c. cod. conſentit. PAVLL.
s) PAVLL. non habet τῶν διαιρ.
t) Leg. φλεγμονώδεις pro φλεγμονῶδες, vt paullo infra ἀπουλωθῇ.
u) Cod. leg. πρὸς τὸ μὴ, ſed contra ſenſum. Deleui ergo μή.
v) PAVLL. δὲ καί. *w*) PAVLL. add. τήν. *x*) Cod. ἐλπίζομαι.
y) Cod. ἐξοτέρως. Sed aptior eſt PAVLL. λοξοτέρως.
z) Sic ex PAVLL. reddidi. Cod. male, σεσηρῆσθαι οὐ.
a) PAVLL. γάρ.
b) ANTYLLVS quidem, ceu praeſtantiſſimus medicus, phyſicus et philo-

τὸ δὲ ποσὸν τοῦ κενουμένου τῇ τε ῥώμῃ τῆς δυνάμεως, καὶ τῷ μεγέθει c) μετρείσθω τοῦ νοσήματος. πλῆθος οὖν ὑποκειμένου χυμοῦ καὶ ζεούσης ὕλης πρὸς ἅπαξ μέχρι d) λειποθυμίας κενοῦμεν, ἐῤῥωμένης δηλονότι τῆς δυνάμεως, λειποθυμοῦντος τοῦ κάμνοντος e) διὰ τὸ τὸν χυμὸν ἐν τῷ στομάχῳ παραῤῥυῆναι· διὸ καὶ πρὸ τῆς αὐταρκοῦς f) κενώσεως πολλοὶ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς λειποθυμοῦσιν. ἀλλὰ δεῖ τῷ λόγῳ τῆς κενώσεως γενέσθαι τούτοις g) τὴν λειποθυμίαν. εἰ δὲ πολλῆς μὲν χρεία κενώσεως, ἡ δὲ θύναμις ἀσθενὴς τυγχάνῃ, ταμιεύεσθαι δεῖ τὴν κένωσιν, καὶ τὴν πρώτην ἀφαίρεσιν ἐλλειπεστέραν ποιησάμενον ἀφαιρεῖν h) αὖθις, εἰ δεήσοι, καὶ δευτέρα, καὶ τρίτη i)· κενοῦμεν δὲ ὅλον οὐ μόνον ἐν πληθωρικῇ διαθέσει γενόμενον, ὡς φησὶ καὶ ὁ σοφὸς Γαλη-
νός,

tibus. Quantitatem vero mittendi ſanguinis virium robore et morbi magnitudine aeſtimare fas eſt. Copiam igitur intus haerentis humoris et feruentis materiae ſemel vſque ad animi deliquium euacuamus, validis nimirum viribus, aegroto non animo linqui coepto, propterea, quod humor in ventriculum non confluxit. Haec fere cauſſa ſubeſt, quare multi ante idoneam euacuationem initio ſtatim delinquuntur animo, ſed ratione euacuationis, his fieri oportet lipothymiam. Si vero multa opus ſit vacuatione, et vires fuerint infirmae, partiri ſanguinis miſſionem neceſſe eſt, et prima paullo parcior ſit, deinde, ſi opus fuerit, ſecunda et tertia. Euacuamus vero to-

tum

philoſophus, ſatis notus eſt ex ORIBASIO, AETIO, PAVLLO, STOBAEO, et aliis. Sed quis hominum aut forte deorum, alter hic ſit CROTYLLVS, minus profecto liquet. Forſan igitur ſcribendum hic fuerit Κρατύλῳ. CRATYLVS vero notum ſatis eſt magni quondam philoſophi nomen ex ipſo PLATONE, DIOGENE, LAERTIO cet. Sed in re incerta nihil certi hic definio, quin potius omnia aequo et perſpicaci lectorum acutiorum iudicio placide permitto. TRILL. Ap. PAVLL. iſte prorſum deeſt c. additamento honorifico.

c) Vide hac de re GAL. l. cit. c. 9. p. 437. ſeq. PAVLL. leg. τῷ μεγέθει, quod pro cod. τὸ μεγέθος, quia ſenſum non habet, reſtitui.

d) PAVLL. ἄχρι. e) PAVLL. οὐ διά. Recte. Recepi ergo negatiuam.

f) Cod. αὐτάρκου. g) Cod. τούτου. Ex PAVLLO, τούτοις, reddidi.

h) Cod. ὠφελεῖν, ſed hoc abſonum eſt. PAVLL. ἀφαιρεῖν.

i) PAVLL. tantum leg. καὶ γ̄.



νὸς k), ἀλλὰ καὶ διὰ μέγεθος τοῦ πάθους, ἐν συμμετρίᾳ χυμῶν καθεστηκότος. τοῦ παντὸς σώματος, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐκ ῥινῶν ἢ ἄλλοθεν αἱμοῤῥαγίας, ὅτι μὴ πλῆθος εἴη ῥεῦσαν, καὶ κενοῦμεν ἀντισπαστικῶς ἐκ τῶν ἀντικειμένων. οὐ μὴν καὶ ἐπὶ l) τῶν ἰσχυρῶς φλεγμαινόντων m), καθάπερ ἐπὶ κωλικῶν τε, νεφρικῶν, λιθιώντων n), ὀφθαλμιώντων o), καὶ τῶν οὕτως ὀξέως κατεπειγόντων. ἡ γὰρ ὀδύνη καὶ θερμασία τοῦ φλεγμαίνοντος μέρους p) αἰτίαι ῥεύματος γίνονται, κἂν ἀπέριττον ᾖ τὸ q) σῶμα. χρὴ τοίνυν ἐνδεέστερον αὐτὸ ποιεῖν καὶ r) τηνικαῦτα ποιοῦντα s) κένωσιν, ἥτις ἁρμόττειν t) φαίνεται u) καὶ μάλιστα τῇ τε ἡλικίᾳ καὶ τῇ φύσει τοῦ κάμνοντος, ἐπισκοποῦντες v) καὶ τὴν ὥραν w), καὶ τὴν

tum non ſolum in plethorica diſpoſitione conſtitutum corpus, vt inquit ſapiens GALENVS, ſed et propter magnitudinem morbi, cum humorum proportio ſpectanda ſit in quocunque corpore, ſicuti in haemorrhagia narium aut quacunque alia, quia non adeſt ſanguinis copia, quae profluit, et per deriuationem ex oppoſitis mittimus. Immo etiam in vehementibus inflammationibus, vt in colicis, nephriticis, calculoſis, oculo aegris, et aliis vehementer vrgentibus. Dolor enim et calor inflammatae partis fiunt fluxionis cauſſae, etiamſi totum corpus nihil habeat ſuperuacui. Eo igitur magis curandum eſt, vt egeſtio parcior ſit, et

k) Videtur huc ſpectare locus c. 9. ad fin. vbi leg. ἡ πληθωρικὴ καλουμένη συνδρομή.

l) PAVLL. ἀλλὰ κἀπὶ.

m) Repoſ. φλεγμαινόντων pro φλεγμονουντ.

n) PAVLL. καὶ νεφρῶν λιθιώντ. Ferri tamen vulg. lect. poteſt, reſcribendo νεφριτικῶν.

o) PAVLL. ὀφθαλμιῶντι.

p) PAVLL. μέλους.

q) PAVLL add. σύμπαν.

r) Deeſt ap. PAVLL. καὶ.

s) PAVLL. κενοῦντα.

t) Eſt in cod. γαρ μόττειν, ſed ſenſus ἁρμόττειν requirit, et PAVLL. confirmat.

u) PAVLL. φαίνηται μαλ.

v) PAVLL. ἐπισκοποῦντα.

w) Prudentiſſima haec et ſaluberrima ſententia tranſumta eſt ex ipſo HIPPOCRATE, Aph. 2. Sect. I. et Lib. I. De DIAETA. Saepius enim iſtam repetit HIPPOCRATES, et inprimis GALENVS, quem vid. potiſſimum in Comment. IV. in Lib. Hippocr. de Alimento, p. 292.

Tom.

τὴν χώραν, καὶ τὰ ἔθη τοῦ νοσοῦντος· ἐφ᾽ ὧν δὲ ἐγγὺς τῆς διαιρουμένης φλεβὸς ἐστι τις φλεγμονὴ μεγάλη, καθάπερ ἐπὶ πλευριτικῶν x) καὶ ἡπατικῶν, κάλλιστον ἐστὶν ἀναμένειν τὴν μεταβολὴν y) τοῦ αἵματος ἔν τε z) τῇ χροιᾷ καὶ τῇ συστάσει a). Ἕτερον δὲ b) ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν c) φλεγμονὴν αἷμα τοῦ κατὰ φύσιν, ἐπειδὴ θερμαινόμενον d) ἐπὶ πλεῖον, εἰ μὲν ἦν ἔμπροσθεν ὠμότερον, ἐρυθρότερόν τε καὶ ξανθότερον γίνεται. εἰ δὲ μὴ τὸ e) τοιοῦτον εἴη ἔμπροσθεν, ἐπὶ τὸ μέλαν ἐκτρέπεται καταπτώμενον· οὐ μὴν f) ἐκ παντὸς τρόπου ἀφιμένειν g) χρὴ τὴν μεταβολὴν, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτε καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι παύεσθαι προσήκει h) διὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι δυνάμεως ἀῤῥωστίαν i), (Γνώσεις δὲ ταῦτα k) τῶν σφυγμῶν ἁπτόμενος, εὑρήσεις δὲ αὐτοὺς ἀνωμάλους l) κατὰ σφοδρότητα

et prae ceteris conueniat aetati atque aegroti naturae, ratione habita insuper anni temporis, regionis et morum aegri. In quibus vero iuxta sectam venam est quaedam vehemens inflammatio, vt in pleuriticis et hepaticis, optimum fuerit exspectare sanguinis mutationem in colore et concretionem. Alius enim est post inflammationem sanguis, ac si naturalis est, siquidem dum nimis calescit, si antea fuerit crudior, fit rubicundior et magis flauus. Quod si vero horum nullum antea fuerit, in nigrum post congelationem vertitur. Minime igitur semper expectare licet commutationem, sed aliquando etiam, antequam appareat, cessare decet propter duplicem caussam, aut ob virium

Tom. VI. opp. Sed et GREGORIVS NAZIANZENVS, Orat. I. eandem sic laudauit: χώρας γὰρ καὶ καιροὺς, καὶ ἡλικίας, καὶ ὥρας, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ ἰατρὸς ἐπισκέψεται.

x) PAVLL. add. τε. y) Addidi τὴν μεταβολὴν ex PAVLLO.

z) Def. ap. PAVLL. a) Haec ap. GAL. c. 14. similiter leguntur.

b) GAL. γάρ. c) Ap. GAL. deest. d) GAL. ἐπὶ θερμαιν.

e) Deest ap. GAL. et PAVLL. μὴ τὸ, et leg. ἦν. PAVLL. εἴη.

f) Quae seq. ap. GAL. sunt. g) GAL. et PAVLL. περιμένειν — ταύτην.

h) Cod. male προσήκειν. GAL. leg. προσήσει. PAVLL. διττ. τὴν.

i) GAL. ἀῤῥωστούσης, et immediate κακοήθους φλεγμονῆς. Cetera desunt, quae vncinis inclusi, non item ap. PAVLLVM. Equidem repos. κακοήθειαι pro κακοητια.

k) PAVLL. γνώσῃ δὲ μάλιστα λυομένην ταύτην τῶν — εὑρ. γάρ.

l) Rectius pro vitioso cod. ἄνω μάστους scrib. sec. PAVLL. ἀνωμάλους.



τητα καὶ μέγεθος, ἢ καὶ ἀμυδρὰς, καὶ ὁ τόνος τῆς ῥύσεως ἰκλάζων m) ἀτονοῦσαν ἤδη τὴν δύναμιν ἐνδείκνυται) ἢ καὶ διὰ φλεγμονῆς κακοήθειαν· ἐνίοτε γὰρ οὐδὲν μεθιῆσιν, ἀλλ' ἐσφίγκται n) σφοδρῶς· εἰ δὲ μηδὲν κωλύει τούτων, ὅ τε κάμνων o) ἀκμάζων εἴη, περιμένειν χρὴ τὴν μεταβολὴν, καὶ μᾶλλον, εἰ τὸ περιέχον εὔκρατον εἴη· εἰ δὲ τὸ αἷμα πρὸ τῆς αὐτάρκους p) κενώσεος ἐπισχεθείη, τοῦτο δὲ γίνεται ἢ διὰ δειλίαν τε q) καὶ λειποθυμίαν, ἢ διὰ θρόμβον, ἢ διὰ βιαίαν σφίγξιν r), πρὸς ἕκαστον τούτων ἁρμοσώμεθα, τὴν μὲν λειποθυμίαν τοῖς ὀσφραντοῖς ἀνακτώμενοι, τὴν δὲ σφίγξιν ἀνιέντες τὸν δεσμόν, τὸν δὲ θρόμβον τῇ τοῦ χλιαροῦ ὕδατος s) ἐπιχύσει, ἢ ἐλαίου t) ψυχροῦ, ἢ τῇ τῶν δακτύλων ἐπιθάλψει διαλύοντες. ἡ δὲ λειπὴ τῆς φλεβοτομίας παρασκευὴ πᾶσι γνώριμος·

rium infirmitatem. (Id quód pulſus tangendó cognoſces, et inuenies illos inaequales in vehementia et magnitudine, aut quoque exiles, et robur fluoris labaſcens imbecilliores iam vires oſtendunt), aut propter inflammationis malam indolem. Interdum enim nihil remittit; ſed vehementer conſtringitur. Sin vero nihil horum obſtat, aegro adhuc valido, exſpectanda eſt commutatio, in primis vero ſi aer fuerit bene temperatus. Si autem ſanguis ante idoneam vacuationem ſupprimatur, id fit aut propter timiditatem et animi defectionem, aut propter grumum, aut propter vehementem ſtricturam; quibus ſingulis ſubueniamus, odoratu ſuauibus animi deliquium tollendo, compreſſionem relaxando vin-

m) Cod. ἰκλαζών. GAL. leg. c. 14. τὸ τονῳ τῆς ῥύσ. ὀκλάζοντι. PAVLL. ὀκλαζων — δὲ.

n) GAL. ἔσφηκται, PAVLL. ἔσφιγκται. Recte, pro praua lect. cod. ἐσφισήσεται. Cetera, quoad ſenſum, ap. GAL. ſequuntur, etſi paullo mutatis verbis.

o) GAL. φλεβοτομούμενος, et paullo poſt προσήκει pro χρὴ. PAVLL. hab. δεῖ.

p) Cod. Moſq. αὐτάρκου.

q) PAVLL. non hab. τε. at infra poſt βιαίαν addit.

r) Legendum eſt σφίγξιν pro σφιξιν, quam lect. cod. habebat.

s) Scripſ. ὕδατος pro ὕλατος; Frequentiſſima enim eſt in vett. codd. τῶν λ. et δ. confuſio.

t) PAVLL. leg. ἢ ἐλαίου ἐπιχύσει, ἢ τῇ τῶν δακτ. ἐπιθάλψει. Cod. Moſq. ἐπιθάψει.

μος· καὶ u) ταῦτα μὲν ἐπὶ τοῖς κατὰ τὸν ἀγκῶνα· ἡ δὲ ἀπὸ μετώπου v) ἀφαίρεσις, ὡς ἐπὶ κεφαλαλγιῶν, γίνεται w), προαπαντλήσαντες αὐτοὺς ἐπιδήσωμεν τενεδίῳ x) κατὰ τὸν τράχηλον, παρενθέσει δακτύλου κατὰ τὸν βρόγχον, τὸν πνιγμὸν y) ἀποφεύγοντες, καὶ πληρωθεῖσαν τὴν φλέβα τὴν ἐν μετώπῳ διέλωμεν ἀκμῇ φλεβοτόμου ἢ σμηλίου. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰς ἐπιπολῆς σφαγίτιδας z) δι' ὀφθαλμίαν χρονίαν τέμνωμεν διὰ κυαθίσκου a) μήλης, τὴν τοῦ αἵματος ἔκροιαν ποιούμενοι b)· καὶ τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ δὲ φλέβας, ὡς ἐπὶ συναγχικοῦ πάθους, ἐγκαρσίως c) ἐκτέμνωμεν φυλαττόμενοι τὴν φίγξιν, τινὲς d) δὲ καὶ τὰς ἐν τοῖς μεγάλοις κάνθοις διαφανεῖς φλέβας, ὡς ἐπὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ ἢ τῶν e) ὀφθαλμοῖς

vinculum, grumum vero tepidae aquae aut olei frigidi affufione, aut digitorum fotu diffoluendo. Reliquus vero venaefectionis apparatus inter omnes conftat. Hactenus de illis, quae ad cubitum attinent. Sanguinis vero detractio a fronte fit, vt in capitis doloribus, fomento prius fuperhabito, iis collum ligemus fafcia, digito ad guttur immiffo, vt fuffocationem effugiamus, et plenam frontis venam infecemus cufpide phlebotomi vel fcalpelli. Eadem quoque ratione iugulares venas externas ob diuturnam ophthalmiam fpecillo concauo incidimus, fanguinis effluuium procurando. Venas vero fubter linguam, vt in angina, oblique fecamus, adftrictionem vitantes. Quidam et eas

u) PAVLL. ἀλλὰ κατ' — ἀγκ.
v) PAVLL. add. ἡ. Cetera ad fenfum GAL. c. 19. habet.
w) PAVLL. γίνοιτο. x) PAVLL. τενιδίῳ. y) PAVLL. τοῦ πνιγμοῦ.
z) In cod. leg. ἐπὶ πολῆς σφεαγιτίδας, quod fine fenfu eft. Scrib. ergo fine dubio, vt in contextu fecimus, atteftante PAVLLO.
a) Scrib. pro corrupto κυθιάσκῳ eft κυαθίσκῳ.
b) Quae fequ. CHART. habet, vfque ad διαιροῦσιν, etfi fub alio contextu.
c) CHART. ἐγκαρσίως, quam lect. recepi. Cod. Mosqu. hab. ἔγκρασιν fine fenfu. PAVLL. ἐγκαρσίους.
d) CHART. τινὲς, quod etiam praeualet lect. cod. Mofq. τινα. Haec ex GAL. c. 14. funt.
e) GAL. et PAVLL. τοῖς. Equidem leg. τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς.



μοῖς χρονίων νοσημάτων, ὁμοιοτρόπως διαιροῦσιν. ἐφ᾽ ὧν καὶ τὰς ἔνδον τῶν μυκτήρων ἤτοι διὰ παραθλίψιν f) διὰ σμήλης πυρῆνος g), ἢ καὶ h) διὰ τινῶν τραχειῶν ἐρεθίζοντες ῥηγνύουσι· Καὶ τὰς ὄπισθεν δὲ τῶν ὤτων, διὰ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν πάθη διαιροῦσι· Τὰς δὲ κατὰ τὴν ἰγνὲν i), ὡς ἐπὶ νεφριτικῶν k), καὶ τὰς ἐν τοῖς ἄκροις τοῖς τῶν ὑπερκειμένων δεσμοῖς μορίων, τῇτε τῶν χειρῶν ἀνατρίψει καὶ τῇ τῶν ποδῶν βάσει l) πληρώσαντες διαιροῦσιν; ἐν μὲν τῇ εὐωνύμῳ χειρὶ, ὡς m) ἐπὶ σπληνιτικῶν n), τὴν μεταξὺ μάλιστα μικροῦ τε καὶ παραμέσου δακτύλου, ἐπὶ δὲ ἡπατικῶν, τῇ o) δεξιᾷ· ἡ γὰρ τῶν ἄκρων κένωσις ἐκ μακροῦ μᾶλλον γινομένη πρακτικωτέραν τὴν ἀντίσπασιν ἐργάζεται p)· ἐν δὲ τῷ ποδὶ, καθάπερ ἐπὶ ἰσχιαδικῶν ἢ τῶν q) κατὰ

eas venas, quae in magnis oculi angulis apparent, similiter aperiunt, vt in capitis aut oculorum diuturnis morbis. Quin etiam illas intra nares aut per compressionem specillo subiecto, aut per quaedam aspera irritando dilacerant. Et quae sunt pone aures sitae, has propter capitis dolores diuidunt, illas vero, quae iuxta poplitem sunt, in nephreticis, et illas, quae in extremis subiectarum partium vinculis sunt, frictione manuum ac pedum gressu plenas factas vacuant, in sinistra quidem manu, vt in spleneticis, mediam inter paruum et anularem digitum, at vero in hepaticis, eam, quae in dextra. Extremorum enim euacuatio, e longinquo quasi facta, reuulsionem

f) PAVLL. παραθλίψει.
g) CELS. τῆς μήλης πυρῆνα ex pl. per *specillum subiectum.*
h) Deest καὶ ap. PAVLL.
i) PAVLL. κατ᾽ ἰγνῦν. Mallem leg. ἰγνύν, vel ἰγνύην, quae ap. HESYCH. τὸ τοῦ γόνατος ὄπισθεν μέρος est, ap. HYPATVM p. 154. τὸ ὑποκάτω τοῦ γόνατος. cf. HIPP. Epid. VI. Sect. I. 5. CHART. l. cit. simili sensu, etsi contextu alio, hab. ταῖς ἐπιγύναις, et paullo inferius, τὴν κατ᾽ ἰγνὺν χρὴ τέμνειν.
k) PAVLL. νεφρῶν.
l) PAVLL. βαδίσει.
m) Ap. PAVLL. excidit, sed adesse debet.
n) PAVLL. σπληνικῶν.
o) PAVLL. ἐν τῇ.
p) Haec CHART. habet immediate post ὁμοιοτρόπως διαιροῦσιν, quae praeced. pag. indicaui.
q) Ap. CHART. deest τῶν.

κατὰ τὴν ὑςέραν, τὴν ἀνώτερην r) τȣ̃ ἔνδοθεν ἀςραγάλȣ τέμνȣσιν s).

nem inducit efficaciorem. In pede vero, quemadmodum in ischiadicis aut affectionibus vteri, superiorem interni malleoli venam secant.

Ἡ κεφαλὴ t) ἔχει φλέβας εἴκοσι· δὺο εἰς τὰ ὦτα ὄπισθεν, καὶ δύο ἐπάνω, δύο ὄπισθεν εἰς τὸν τράχηλον, δύο ἐπάνω εἰς τὸ μέτωπον, δύο ἐπάνω εἰς τὴν κορυφὴν· καὶ ὅταν θέλεις τέμνειν τὰς τῆς κεφαλῆς, θὲς τὰ τέσσερα σȣ δάκτυλα u) ὑπὲρ ἄνω τȣ̃ ἐντὸς, καὶ τῆς ἄλλης πάλιν χειρὸς ὁμοίως ὑπὲρ ἄνω τȣ̃ ἑτέρȣ ὠτὸς, καὶ μοίρασον ἐπίσης, καὶ κόψον ἐπάνω εἰς τὴν κορυφὴν ἔνθεν κατ' ἐναντία τȣ̃ πρωσώπȣ τῶν ἀρτηριῶν μέχρι τȣ̃ ὀςȣ̃ διὰ κρανολύτȣ v)· εἰσὶν εἰς τȣ̀ς μήνιγγας δύο· καὶ τεμνόμεναι ὠφέλȣσιν εἰς πᾶσαν νόσον τȣ̃ ςόματος·

Capitis viginti sunt venae, quarum duae pone aures et duae supra, duae retro ad collum, duae supra in frontem, duae supra in verticem decurrunt. Et cum volueris capitis insecare venas, superimpone quatuor digitos tuos supernae auris interioris parti, alteramque manum eodem modo supernae parti auris alterius, aequaliter diuide, et discinde desuper verticem hinc atque illinc ex opposito faciei arteriarum vsque ad os cranolyto. Sunt intra cerebri membranas venae duae; quae si aperiun-

tur

r) CHART. *ἀνωτέρω.* PAVLL. *τῇ ἀνωτέρᾳ.* Recte. Sed hactenus PAVLLVS.

s) CHART. add. *ἐς ὠφέλειαν.* Sed glossam redolet.

t) Quae sequ. videntur a seriori medico esse profecta et ipso huius centonis auctore. cf. EBN SINA L. I. Fen. 4. c. 20. p. 147. seq. ed. Basil. 1556.

u) Leg. *δακτύλια.*

v) *Κρανόλυτον*, quod qualeue instrumentum sit, dubium est. Nuspiam enim memoratur, ne a CANGIO quidem. Videtur tamen fuisse aut cultellus, quo membranae inciderentur, maxime capitis, quia ap. ORIBAS. Anat. p. 7. ed. Dund. leg. *τῇ παχείᾳ τὸ περικείμενον ἔξωθεν ὀςȣ̃ν, ὃ δὴ καὶ κράνιον ὀνομάζεται, καθάπερ τι κρανὸς ἐπίκειται*, aut etiam instrumentum peraccommodatum ad venaesectionem, quod alte penetrabat, neque vero, vt infra dicitur, neruos laedebat. Forsan idem, quod nostri chirurgi vulgo adhibent, *der Schnepper.* Iubet vero EBN SINA l.c. p. 149. apparatum plurium phlebotomorum.



τός· καὶ μέσον w) τοῦ μετώπου ἔςι μία, καὶ ὠφελεῖ εἰς τὴν κεφαλαλγίαν· ὠφελεῖ καὶ εἰς φρενιτικοὺς, ἐὰν κενώσῃ αἷμα ἐξ αὐτῆς, ὅσον χωρεῖ λέπος ὠοῦ· χάριν δὲ τῆς κεφαλαλγίας τεμνομένη πλεῖον ὠφελεῖ κενῶσαι, καὶ εἰς ληθάργους· εἰσὶ καὶ εἰς τὸν τράχηλον δύο ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ λέγονται x), — καὶ ὠφελοῦσιν, ὅταν ἔχει ἡ κεφαλὴ ὕλην ἐξ ἀναθυμιάσεως y)· ὠφελοῦσι καὶ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς τὰ οὖλα z)· εἰς ἕκαςον βραχίονα τέμνομεν τέσσαρας, εἰς μὲν τὴν δεξιὰν χεῖρα κεφαλικὴν, καθολικὴν a), νεφριτικὴν καὶ ἡπατικὴν· καὶ ἡ μὲν κεφαλικὴ ἔχει τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ δεῖ κόπτειν αὐτὴν μετὰ δέους ἀκρόπλοα b), ὅςε μὴ φθάνειν κάτω τὸ σίδηρον· ἡ δὲ μέση τὴν ἀρχὴν ἔχει ἀπὸ τοῦ πνεύμονος, καὶ κεῖται μέση δύο νεύρων· τέμνεται οὖν ὀρθῶς διὰ φόβον τοῦ μὴ πλησιάσαι νεῦρον τὸ σίδηρον· εἰ

δέπως

tur, omnibus in oris morbis proſunt. Media in fronte vna eſt, quae capitis doloribus medetur, et ipſis phreniticis, ſi tantum exinde ſanguinis, quantum oui putamen capit, emittas. Ob capitis dolorem ſecta plus iuuat euacuare, item in lethargo. Sunt quoque ad collum duae hinc illinc, quae dicuntur et proſunt, cum caput ex vapore dolet. Conducunt etiam oculis et gingiuis. In vtroque brachio incidimus quatuor, dextra quidem manu cephalicam, catholicam, renalem atque hepaticam. Cephalica incipit a capite, et caute inſecanda eſt in ſuperficie, ne ferrum altius penetret. Media vero a pulmone oritur, et media inter duo neruos ſita eſt. Aperitur igitur prouide, ne ferrum neruos attingat: Quod ſi fit, naſcitur cum dolore vulnus, vnde ſanguis ſpiſ-

ſus

w) Leg. εἰς μέσον aut ἐν μέσῳ.

x) Hic excidiſſe videtur nomen, quod habebant.

y) Nobiliſſima et notiſſima haec veterum de vaporum ad caput aſcenſu et noxis doctrina eſt, de qua v. infra.

z) In cod. οὖλη.

a) Haec venarum nomina et paullum abhorrentes diſtinctiones videntur deberi medicis Arabibus. Certe non memini, talia me ap. Graecos legere, et aliter docet anatome.

b) In cod. ſic ſcribitur, ἀκροπλᾶ. Legendum eſt ſine dubio, ἀκρόπλοα, quod EROT. et GALEN. in Gloſſ. Hipp. expl. per τὰ ἐπιπολαίως οἷον ἐπ᾽ ἄκρου ἐμπλέοντα, i. e. *in ſuperficie*. Cf. FOES. Oeconom. ſub h. voc.

δέπως πλησιάσει νεῦρον, γίνεται μετὰ ὀδύνης καὶ πληγὴ ἐκχέουσα αἷμα παχὺ, καὶ ἕλκος, κἀντεῦθέν πολλάκις συμβαίνει κινδυνεύειν τὸν ἄνθροπον· ἡ δὲ νεφριτικὴ ἐστιν ὑποκάτω τοῦ ἀγκῶνος ἑκατέρας χειρός· κόπτε οὖν αὐτὴν ὀρθά. εἰς δὲ τὴν ἀριστέραν χεῖρα ἔχει τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, καὶ δεῖ κόπτειν αὐτὴν κατὰ στόμα καὶ ὑπὸ πλαγίου c), διὰ τὸ κεῖσθαι αὐτὴν ἐπάνω τῶν μορίων. καὶ ἡ μὲν κρανιακὴ d) κοπτομένη ὠφελεῖ κεφαλαλγικοὺς, ἐπιληπτικοὺς καὶ τοὺς ἔχοντας βάρος εἰς τὸ στῆθος.

ſus dimanat, ac vlcus, poſteaque ſaepius homo in vitae diſcrimine verſatur. Renalis eſt infra vtriusque manus cubitum, quam directe ſecare licet; in ſiniſtra vero manu habet a ſplene initium, et aperienda ad os et ex obliquo eſt, quippe quae ſupra membra poſita eſt. Et craniaca vena ſecta prodeſt dolentibus ex capite, epilepticis et habentibus circa praecordia anxietatem.

c) In cod. ὑπὸ πλά, ſcriptum eſt, forte leg. ὑπὸ πλαγίου.
d) *Craniaca vena* i. e. quae os capitis intrat, et, vt ex anteced. patet, non diuerſa a *cephalica* eſt.

Quae reſtant, proxime. Laudandus enim et commendandus prae ceteris eſt optimus iuuenis,

FREDERICVS HOFFMANN

ALTEBVRGENSIS

qui, dum apud nos erat, ita vixit, vt optimo cuique ſe probaret, ita literas et medicinam tractauit, vt ſpem certiſſimam faceret, fore eum aliquando medicum et ſibi, et patriae vtiliſſimum. Cuius ingenium et diſcendi cupiditas mihi, ſi cui alii, cognita et probata effecerunt, vt mihi prae ceteris carus eſſet, ideoque ſine vllis verborum ambagibus vitae rationem ipſis candidati optimi verbis huc adſcribere placet.

 Ego,



Ego, FREDERICVS HOFFMANN, *Alteburgi, a. d.* XXVI. *April.* CIↄ Iↄ CC LVIII. *auras vitales coepi haurire. Patrem veneror,* IOANNEM GVILIELMVM, *Senatus sacri, qui est illinc loci, consiliarium, matrem* CHRISTIANAM SOPHIAM, *e gente* RICHTERIA. *Optimi hi, carissimi ac aeternum colendi parentes exquisitam in me educando, inprimisque ad pietatem praeceptis exemplisque conformando collocarunt curam, quam indefessa quidem et adsidua gratiarum actione nunquam rependere valeam. Curae vero, quam requirebat educatio, haud minimam partem in se suscepit aestumatissimus aeque ac carissimus, qui mihi contigit, auunculus,* P. E. RICHTER, *Duci Serenissimo a consiliis emporeticis, illi quantum debeam, gratissimi animi tacito sensu malo, quam verbis haud suffecturis prosequi. Pueri erudiendi prouincia praeceptoribus domesticis demandata est, hincque gratam memoriam* MATHESII *et* AVENARII *recolo. Domestica vel priuata, vt aiunt, horum praeceptorum aliquamdiu vsus institutione, Gymnasii, quod Alteburgi floret, ciuibus me adscripsit, Cl.* MOERLINVS, *tunc Gymnasii director, nunc vero beatorum coetui insertus. Linguis et latinae, et graecae, illinc dedi operam sub auspiciis doctissimi et meritissimi Professoris,* LAVRENTII, *cuius in me fauorem et amicitiam nunquam satis laudare potero. Quos cepi in mathesi vtraque fructus, eos amicae et solidae institutioni doctissimi Professoris,* DOEHLERI, *debeo. Excolendis altioribus studiis par factus, anno huius seculi* LXXV. *me Ienam contuli, vt in hac academia longe celeberrima artem medicam, et quae ad eam referuntur, scientias cognitas et perspectas mihi redderem, et a Summe Reuerend. et Magnifico Viro,* DANOVIO, *tunc Acad. Prorectore, in numerum studiosorum relatus sum. Hic coepi logicae, metaphysice, et omnibus philosophiae partibus operam nauare, inque his ducem et magistrum secutus sum Excell.* VLRICH, *eiusque erga me beneuolentiae documenta mente gratissima agnosco. Cunctas matheseos partes, neque non astronomiam, algebram et cosmologiam Ill. ex* WIEDEBVRG *didici, physicam et chemiam rationalem docuit me Illustris atque Excellent.* SVCCOW, WALCHII, *nunc rebus*

bus humanis erepti praelectiones, quibus historiam naturalem explicaret, audiui. Quibus disciplinis probe praeparatus medicorum scholas adii, et in medicina legali audiui Illustrem NICOLAI, *Ordinis gratiosi seniorem maxime venerandum, caeterum vero in medica addiscenda arte totum me tradidi disciplinae Viri Illustris atque Excellentissimi* GRVNERI, *Duci Saxo-Vinar. a consiliis aulicis, praeceptoris aeternum pietate omni ac venerationis cultu prosequendi, professoris propter eruditionis amplitudinem et medicinam explanate docendi facultatem famamque celeberrimi, cuius in me merita tot tantaque sunt, vt verbis non valeam exprimere. Ille enim non modo methodum studii medici, physiologiam, pathologiam, semioticam, materiam medicam, therapeiam, tam generalem, quam specialem, artem formulas medicas concinnandi, omni cum sollertia me docuit, sed quoque veteres medicos Latii Graeciaeque notos interpretando eorum codices mihi reddidit, nec non sub Illius auspicio in arte de rebus medicis disceptandi me exercui. Anatomen ex praelectionibus demonstrationibusque tum beati* NEVBAVERI, *tum Ill.* LODERI, *Fautoris plurimum colendi, discere mihi contigit. Artem obstetriciam mihi tradiderunt* [illegible]VBAVER, *Illustr.* LODER *et Excellent.* STARCKE. *In osteologia, re herbaria atque chemia experimentali perutilis mihi fuit Experient.* SCHENK. *Deinde in addiscendis linguis exoticis vsus sum praeceptoribus Nob.* DE VALENTI, *Clar.* SALZWEDEL, *et Clar.* NICHOLSON. *Tribus denique annis in hoc celeberrimo musarum domicilio peractis, Berolinum adii, studia medica prosecuturus. Illinc doctissimi et Illustris Viri,* WALTERI, *praelectiones physiologicas, anatomicas, easque in artem obstetriciam frequentaui, nec non sub eius auspicio per sex menses corpora demortuorum in theatro regio dissecui. Adeo secretioribus anatomicis eiusdem laboribus indultu perquam liberali interesse mihi licuit. Viri immortaliter de orbe medico meriti paternum erga me fauorem, et animum propensiorem grata memoria pectus repetere et nuncupare iubet. Ibi quoque arctius animum conuerti ad eam medicinae partem, quae manu opem fert laborantibus, quam ob caussam ex ore Celeberrimi* HENCKEL, *nunc fato perfuncti, qui tunc operationum chirurgicarum*



rum feriem traderet, haufi, nec non morbos externos eum dexterrime tractantem, in valetudinario, la Charite dicto, pluries vidi. Praeterea fasciarum habenarumque pangendarum artificium ille vir me docuit, et commoda ex praelectionibus, quas de fracturis et laxationibus haberet, me cepiſſe conteſtor. Denique ad Experientiſſimum ACHART *me applicaui, eique frequens adfui, Chemiam praecipiendo demonſtrandoque experimentis tradenti. Denique patriam repetii, atque ad capeſſendos ſummos medicinae honores memet accinxi.* Scripſi etiam nuper libellum *de gonorrhoeae indole vere venerea.*

Nuperrime ex patria huc conceſſit, doctoris gradum conſecuturus, et collegio noſtro *abunde* ſe probauit. Quare ei data venia eſt, in publicum prodeundi, ac, defenſa *diſputatione ſine Praeſide*, praemia vitae academicae praeclare peractae reportandi. Dictus huic ſollemni panegyri eſt dies XVIII. Auguſti. Cui vt frequentes intereſſe velint MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, COMITES ILLVSTRISSIMI, PATRES CONSCRIPTI, ceterique PROFESSORES CLARISSIMI, MVSARVM FAVTORES, et COMMILITONES GENEROSISSIMI ac PRAENOBILISSIMI, id eſt, quod ordinis mei verbis etiam atque etiam rogo. P. P. Sub Sigillo Facultatis a. d. XII. Aug. CIↃ IↃ CC LXXX.

